



Hunt Institute for Botanical Documentation
5th Floor, Hunt Library
Carnegie Mellon University
4909 Frew Street
Pittsburgh, PA 15213-3890
Contact: Archives
Telephone: 412-268-2434
Email: huntinst@andrew.cmu.edu
Web site: www.huntbotanical.org

The Hunt Institute is committed to making its collections accessible for research. We are pleased to offer this digitized version of an item from our Archives.

Usage guidelines

We have provided this low-resolution, digitized version for research purposes. To inquire about publishing any images from this item, please contact the Institute.

About the Institute

The Hunt Institute for Botanical Documentation, a research division of Carnegie Mellon University, specializes in the history of botany and all aspects of plant science and serves the international scientific community through research and documentation. To this end, the Institute acquires and maintains authoritative collections of books, plant images, manuscripts, portraits and data files, and provides publications and other modes of information service. The Institute meets the reference needs of botanists, biologists, historians, conservationists, librarians, bibliographers and the public at large, especially those concerned with any aspect of the North American flora.

Hunt Institute was dedicated in 1961 as the Rachel McMasters Miller Hunt Botanical Library, an international center for bibliographical research and service in the interests of botany and horticulture, as well as a center for the study of all aspects of the history of the plant sciences. By 1971 the Library's activities had so diversified that the name was changed to Hunt Institute for Botanical Documentation. Growth in collections and research projects led to the establishment of four programmatic departments: Archives, Art, Bibliography and the Library.

Dam te accipere puto liras, quae ad aliquibus mensibus ad te veni,
Schlegel nuncupatis, tum Centii Hospitalium, et tui fac de re non
dum certum me facies.

60
A Monsieur
Monsieur Chrétien ^{Phil.} Ludwig,
Professeur de Médecine et de Botanique
à Leipzig.

Cl. Viro Christiano Gottl. Ludwigo
Physiologie et Botanices Professore
celeberrimo

Ioannes Franciscus Siquierus .s.

Adeo angor, et adhuc me tenet animi aegritudo propter obitum carissime
matris, patris, et amicorum optimi et boni. Scipionis Massii, quicum
ab annis xxiij contubernalis fui, et amicitia conjunctissimus, ut vix
quidquam eam depellere paruit, animumq; recreare. Vir ille summus
astimate et tuari catarrhali correptus iij. Id. februarias decevit, et
inde in maximum luctum incidit. Cives optimum civem lugent, orbis
literarius virum de republica litteraria maxime meritum, qui apud
Itales et externas nationes magnum sui desiderium reliquit. Mures Flo-
rentinos marmoream statuam illi decrevere, erigendamq; nunc curant.

Si quod umquam opus legenti mihi summo opere placuit, Egregium tuum
profecto volumen est, Cl. Ludwigi, imperitissime in lucem emissum de Terris
in Regio Drendensi Mures avaritate, omnibus numeris absolutum, et audis-
sime a me perlectum: ita ut quicunque varra Terrarum genera in tota
Europa reperienda cognoscere cupit, illo nequaquam carere paruit. Nulli
certo magis quam tibi res concedenda erat, cum de illis Terris cumulatim
sime dixisti, tam dilucide, tam docte generum definitiones tradidisti,
earumq; species ad eadem revocasti. Quod quidem difficillimum erat, tum
propter affinitatem, tum quod natura certas limites inter eas statuere
noluit, quibus tuto standum sit: cum tamen tuis, si omnes rite prope-
dantur, earum discrimina probe dignoscuntur. Species igitur habeo quam
maximas pro tam insigni opere. Perum naturalium suppellectilem
satis instructam domi seruo, variis Terrarum generibus refertam, undecumq;
dum per externas regiones iter faciem, collectarum, tum in agro Veronensi,
de quibus forsitan aliquando dicoriam, cum de petrosactis superius regionis
sermonem instituiam. Nam multe sunt quas ager ille producit, indigena-
rum negligentia vix notae, ita dum aliena conquiritur quae sua sunt sper-
nant;

terra de
veronensis

nant, quod tu profecto agnovisti, dum Calceolarii Museum evolvisi, ubi in
capitulo de terris, nec verbum quidem de terra viridis veronensi invenitur.
Recte igitur quæris a nemine descriptam fuisse, et a pictoribus et pigmentariis
solum conquistam. Locus ex quo eruitur supra Balneum montem, triginta
quinque ab urbe Verona miliaribus distat, prope vicum Brentonico dis-
ceas Veronensis, et in consuevis agri Tridentini, diligenterq; custoditur.
Marmora item pulchre variegata non longe ab illa cæduntur. Hunc aditus
ab aliquibus annis decreveram, iteq; ad eum jam faciebam per summa
Baldi montis cacumina, cum malo fato accidit, ut in calones et pernis
simos pastores inciderim, qui, nescio qua de causa mortem mihi imminantes,
iter præcluserunt; ita ut in aliud tempus id distulerim, donec per rectam
viam tutissime eo pervenirem: pleniorē igitur descriptionem te aliquando
spectare jubeo. Viridem terram Bononiensem quam secundo loco ponis,
recte ad Veronensem pertinere tecum arbitror, cum hic ager nullam hujus
coloniū gignat, qua de re adhuc certior sum, ex Ferdinando Barro mihi ami-
cissimo, et inter Academicos Bononienses relato, percontabor, qui rerum
naturalium illius regionis summam notitiam adeptus est.
Kentmannus in Nomenclatura rerum ferulium. Miscia pag. 1. memorat
Terram cinerem Patavinam in qua gignitur cæruleum &c. num hæc un-
quam conspectui tuo se præbuit? Ex agro Patavino nequaquam orituram
esse puto, cum pluries ab illius agri incolis sciscitaverim utrum apud eos pro-
veniret, unoq; ore resiliare nequidquam de illa rescire. Attamen cum in
Bolca monte, et in ejusdem vicinis terram cærulescentem olim invenirem,
quæ, cum primum erueretur, ex cinereo et cæruleo intermixta videretur,
et deinde magis in cæruleum vergebat, de hac forsitan Kentmannum locu-
tum esse suspicatus sum, quod tamen adhuc indagatione indiget, experi-
arq; dum eodem loco agri Veronensis revisam. Scatites ille cujus
meminis pag. 191. li. 1. Cretæ nomine, forsitan ex agro Veronensi oriturus:
similis etenim cretæ sordine apud eos reperitur, bacillisq; ex ea efformant,
quibus utuntur pictores ad prima lineamenta in tabulas efformanda, vulgo
vocatur Gesso de pittori, Pictorum gypsum. Bolus vero de quo

pag. 98. n. 2. Terra Vicentina vocatur, cuius ex agro Vicentino prope vicum Schio,
vitiq. prelo hinc venditur; Terra Saponaria Schia in Mus. Calceol. vocatur. Puriora
et nitidiores glebas fioretto di Schio nuncupant, quasi diceris flor ejusdem terre;
quodcumq. lateris præstat flor dictus, qui dicendi modus ab antiquis manavit,
flor juventæ, flor civium, et id genus alia. Mag. Anstoni locus, quem laudas,
sic restituendus Fioretto di Schio. verum hæc obiter. Unum adhuc adjiciam.
Pharmacopœe vitionis Venetæ ex illo solo parant terram nigellatam rubram et
albam, quæ in eorum officinis habetur; albam nullo alio mangonio dedito, nisi
ut in partillos efforment; rubram solo armeno commixtam, et utramq. Turcis
litteris signant, Lemniam ut clementantur; tum etiam Thelitzensem signo diverso
impressam, itaq. ab hujusmodi fraudibus maxime cavendum. Sunt præterea
apud Veronenses Rubrice, Ochre, aliæq. plures in colores paratæ, et pictoriis
inserviendæ, de quibus alias.

Nunc ad alium egregium librum venio, quem ex benignitate tua istud præstas,
ad Commencementis nempe de rebus in Hist. Nat. et medic. gestis, quæ dum
evolvi, statim voluit, nec tam longo tempore his committere, et tam cito in hanc
regionem advenire, quandoquidem multissima in illis opera relecta sunt,
de quibus summo desiderio benedictam notitiam aliquam adipiscit. Optimum
quidem institutum, et omnibus qui medicam artem professantur, duct res natu-
rales colunt utilissimum. Rogo itaq. ut inter eos qui illud comparant volu-
mina, meum nomen referas, dicamq. quæ solvenda sunt, non solum pro jam
acceptis voluminibus, sed in posterum unumquoq. trimestri accipienda. Ex
librorum indictibus, in cuiusq. partis finem appositis facile patet, multorum
disquisitionem, quæ ad manus non veniant, dediderat; tum si omnes recen-
sendi forent, nec duo forsan alia volumina in annum. sufficerent. Index
rerum per capita dispositus, ad cuiusq. anni calcem eret eisdem apponendus,
cum inde facilius esset uno sero oculi ictu cognoscere, quæ ex unaquaque
scientia in lucem venerint, nec erant in eodem omittendi libri quibus nudus
titulus alias refertur. Apud vos autem infesta propemodum Disquisitionum
inaugurales, aliq. libelluli vernacula lingua produnt, qui penitus ab aliis gen-
tibus ignorantur, nisi tituli ad calcem referantur; nollem hæc simplici
nomenclatura insignitas esse, brevissime notandum foret quid in eis continetur.
vos tamen ipsi videritis. Si igitur in posterum tam præclaro instituto junce-

pressum, faciam ludentes, et multam per amicitiam. Schlegelium libris qui in
hisc regionibus prodierunt, aut ad amicos accipiendo. Quae pro his solum
in expensi et accepti codicem refer, rationeque nostras componere: ita ut vicissim
monedimus, quae solvenda aut pensanda erunt, mutuisq; officiis res tota con-
ficietur. Opem meam Manahus etiam promittit, teq; plurimum salutaris juset.
Dionysii Prodromum Hist. nat. Etruriae ipse curabit, aliisque opuscula, quae
si brevi adveniant, una cum his quae nunc ad te mitto, erunt adnexa; scriptaq;
se Roma et Neapoli accepturum. Denique quaecumq; ad rem vestram facientia
edentur. Rogat ut illi impetramini Commentationum vestrorum portulae, quae
deinde prodierunt: primum tertii voluminis solum pervidet, caeterae ad illos des-
derantur. Opusculorum quorundam Salvagae Med. Neapolitanae versionemq;
parat, exemplarq; tibi curabit cum prodierit.

Ad Schlegelium itaque proximis hinc Bolzani mundinis mittantur?

Græcorum Chirurgii libri, Sorani unus, Orbinasq; duo, ab Antonio Cocchio a praes. in la-
tinum versi. Florentiae 1754 fol. pro quibuslibet Porcathio Veneto Bibliopae Libror.
Vehetas 33. solidosq; 12 pro vectura, ut ex resobula cognosces.

Jo. Bapt. Buzzei de Anthelmintica argenti vivi facultate. Florentiae 1753. 4^o ejus prodrom.
liber vend. 2: 4.

De admirabili radice. Specacanthæ virtute in curandis febribus & Dysenteria Caroli
Gianetta. Patavii 1754. 4^o

Experientia sopra la Elettività celeste di Tomaso Marini. Bologna 1753. 4^o

Observazione fatta in Bologna dei fenomeni elettrici dal Veratti in 12^o. Quaedam alia
opuscula expectabam, quae pondum forentere.

Librorum autem quorundam a te meo comparandorum indiculum hinc appono, curae
que velim rogo: quidam apud Gleditschium Bibliop. vestrum reperientur ut spero.

4^o Linnæi. Species plantarum exhibens plantas rite cognitae &c. Holmiae 1753. in 8^o. vol. 2.
exemplaria tria.

Flora Ceylanica Holmiae 1747. 8^o. Exemplar. unum.

1^o 8^o 1^o. Materia medica. Liber I. de plantis 1749. 8^o. Pars altera. 1751. in 8^o. Exemplar. unum.

Museum Persinianum Holmiae 1753. fol. exemplar unum.

Planta rariores Cambrataeenses Upsal. 1750. 4^o.

De Seminis. Musconum Upsal. 4^o.

1^o 1^o 1^o. Antiquitates Academicae. Vol. 2^o. Stockholm. 1751. in 8^o. Exemplar. unum. Vel editio
germanica, quae si fallor, apud prodit.

Sum ejusdem alia Dissertationes quae ab Amænitatis editis prodieret, ad res naturales &
pertinentes, quae hacten potuerunt, curae velim.

En.

Ern. Lud. Brückmanni epistola de petrificationis speciei modo. Senae 4^o hac praeceleris.

In. Inc. Burckardi Diss. de radicib. Seneca Argentorati. 4^o

Mic. Axen Observationes botanicae circa plantas quasdam. Luciae. Lundis. 4^o

Henr. Mic. Stobert Dissertatio de Cassiae amarae. Inrimamentis radice Marburg. 4^o

In. Jod. Carstensen de Marrubio albo et. Achimilla. Francof. ad. Moer. 4^o

Hebenstreitii Museum Nosterianum Lipsiae 1743. fol. exemplar unum. Injura

13 Richter filio nuper Veronae ^{me}conuente, qui multa de herco. Museo retulit, tum maxime de Nitro avium petrificatis: unumq. premiser. Si jam redierint plurimum salutes velim in eo nomine, praestariq. memores. sint precor.

Pinelini flora. Iberica. Volumina duo. 4^o exemplar unum. Num etiam volumina alterum separatim vendatur et quo pretio dicas velim.

Herzianum Musci Regii Dresdensis. ^{Lipsiae 1749. fol.} exemplar unum. Num voluminis Commenta-
riorum pars ultima anni praeteriti, et prima hujusce anni. Quae solvenda erunt statim monetas rogo, et cui solvenda. Num Schlaegero, vel Eckoni mercatoribus, aut alio quocumq. ^{in loco?}

tuam et Hunderimarckii Dissertationes summa cum voluptate legi. Hunderimarckius mihi jam natus pluribus aliis opusculis, et praestitit illo de. Incrementis artu. medice per expositiones agrorum in vias publicas et templa, ubi desunt de egregia illa triumphone, cujus initium Atratis rais huiusmodi Tatis rivi tuq. d. exequatibus, nunc in Capitolino Museo advenit, et quam sapissime d. ex eorum Nome contuli. Saluta velim nomine meo, salvereq. jubes.

Jovatus Venetiar. architectus, qui Zinannii Ravennatis opus de plantis. Adriatici mari, edendum curat, jam ab anno promissum, tandem fidem solvit, brevique, uti sperat, primum volumen in lucem emittet, quod tibi curato cum prodicit.

Eruditissimam et Christi de metro Saturnis Dissertationem totam perlegi, recte jucundissimam et varia eruditione refectam. De eodem metro. Metris. Massius, qui tamen non laudatur, egerat in Diplomatum historia, ubi de typhonicis veribus locutus est.

Prodiit nuper Venetiar. Opusculum. Italica conscriptum: Observationi interno all' abuso del Caffè ad alter. v. d. di un nuovo Tho. Veneziano. Venetia 1755. 4. Zambichelin.

Pharmacopola Venetus hujus partem jam vulgavit, nempe de Coffee abusu, aliam vero nunc adjunxit de quibusdam novi. huius virtutibus, Venetiae ad illo nuncupat, et in minutissima frusta dissectis, ut a nemine dignarentur. Videtur ex solis Arabi et Carpini compositum, aliquibus Cythi floribus intermixtis. Vale vir amicissime Verona Brd. Nonas Mart. MDCCLV.